

2. *Consilium* videlicet, quo discrevit salvandos & damnandos.
3. Seu, ut Aug. describit, *præscientiam* & *preparationem beneficiorum Dei*, quibus certissimè liberantur, quicumq; liberantur.
4. Vel, ut Apostolus suggerit, *propositum operantis omnia secundum consilium voluntatis suæ,*
5. *quo MISERETUR quorum vult;*
6. eligens nimirum eos, in Christo, ante constitutionem mundi, ut sint sancti & inculpati in conspectu ejus in charitate;
7. prædestinans eos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in se-
se, secundum beneplacitum voluntatis suæ,
8. in laudem gloriæ gratiæ suæ, in quâ gratos eos fecit in dilecto:
9. & *contrà, quos vult INDURAT;*
10. eos nempe quos sustinuerit in multâ patientiâ; qui divitias bonitatis ejus & patientiæ & longanimitatis

tis